



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 118. Hastiludia in nuptiis Elisabethæ de Francia cum Philippo II.
instituta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI
A C. 1559.

~~Quædam in fine hujus sæculi~~

tionis remedio sese tueri nitebatur: provocabat enim ad Senonensem Archiepiscopum tanquam Metropolitanam suam, necnon ad Archiepiscopum Lugdunensem, qui erat illius Primas: ast in utroque hoc tribunali sententia adversus eum jamjam pronuntiata confirmabatur: tandem vero reus ad summum quoque Pontificem appellare voluit, id ei suadentibus ejus amicis: quinimo reipsa quoque provocasset, nisi ei exprobrari timuisset, quod bestiam adoraverit, prout Protestantes pudendo ore calumniari, atque illos carpere solent, qui Christi Domini Vicarium, ejusque auctoritatem reverentur: Itaque hujus calumnie metu absteritus ad Parisiensem Episcopum reducitur, a quo sacerdotali dignitate exutus profani Judicis potestati fuit traditus.

§. CXVIII.

Hastiludia in nuptiis Elisabethæ de Francia cum Philippo II. instituta.

*Spond. hoc
ann. n. 21.
Thuan. l. c.
Belcar.
comm. l. 28.
num. 31.*

Sub idem tempus in Franciæ aula cuncta parabantur ad celebrandas nuptias Elisabethæ natæ majoris Galliarum Regis filiæ, quam Albæ Dux Philippi Regis nomine desponsaturus jamjam advenerat: ubi initum quoque erat tunc
matri-

matrimonium inter Margaritam Henrici ^{Sæcul. XVI.}
 Regis sororem, & Sabaudiaë Ducem: ^{A. C. 1559.}
 ut igitur hæc solemnitas cum majori
 pompa haberetur, hastiludia, seu hono-
 rifica certamina, in quibus Nobiles in
 arenam descendentes suæ fortitudinis,
 ac dexteritatis specimina ederent, per
 integros tres dies institui decrevit: Ita-
 que pugnantibus equo vecti concurrunt,
 muniti lanceis, ac gladiis, quorum ta-
 men cuspides, aciesque hebetatæ, atque
 obtusæ erant; quamvis ob immodera-
 tam certaminis aviditatem, vel decer-
 tantium odia non raro funesti casus eve-
 nissent; cum autem eo tempore Gallia-
 rum Reges in Palatio, quod a Turri-
 culis nomen habet, in S. Antonii vico
 prope Bastiliam arcem habitarent, ideo
 Henricus II. ibidem ab utroque hujus
 plateæ latere pro equestri hoc certamine
 sedilia disponere iussit, atque ipsemet
 unacum Ferrariaë, & Guisii Ducibus
 die trigesima Junii pugnam inire voluit,
 Hispanisque spectantibus cum aulæ suæ
 Nobilibus dexteritate, ac virium robo-
 re magis conspicuis sæpius in are-
 nam descendit, eorumque ictus felici-
 ter elusit.

§. CXIX.

Rex e ruptæ hastæ ictu vulneratus.

Ea-